N. 204.

CURRENDA I.

A. D. 1867.

N. præs. 12.

Apprecationes et postulationes ad Venerabilem Clerum in exordio novi anni 1867.

Pax vobis! pax *interna*, pax *externa*... pax *interna*... in corde Vestro, tranquillitas animi ob puram conscientiam.. pax *externa*, concordia inter Principes christianos, inter Clerum et parochianos — inter ipsos parochianos, inter Confratres majores et minores; salus utriusque reipublicae, Nostra ac Vestra! Haec prima Nostra salutatio, haec intima pro toto anno apprecatio!

„Dum medium silentium tenerent omnia et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo Tuus Domine a regalibus sedibus venit“.. Antiph ad Magnific. Domini infra Oct. Nativ.. Venit sermo de cœlis ex ore Angelorum laetantium et canentium coram Pastoribus: *Gloria* in excelsis *Deo* et in terra *pax* hominibus *bonae voluntatis*... quem multi Vestrum media Nativitatis Domini nocte et reliqui de die cum exultatione canebant et canunt ferme per totius anni decursum. Perpendite Fratres in Christo Dilecti! sermo hic Domini primitus venit ad Pastores gregis circa Bethlehem vigilantes, sub quibus nos Pastores figurati sumus.

„Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis“...... Angeli concentu hocce dulcissimo aures nostras demulcendo ad quid aliud nos invitant, quam ad laborem continuum, circa pascendum Dominicum gregem... ut *gloria Dei* in dies magis augeatur et pax in grege servetur consolideturque?! Verum pax illa promittitur hominibus nonnisi *bonae voluntatis*; ergo pensum nostrum quotidianum in eo vertatur, ut omnes nobis concrediti efficiantur *bonae voluntatis,* consonae cum divina, consonae cum voluntate Ecclesiae, cum charitate proximi. Utinam Altissimus in ædibus nostris ac templis ab omnibus *glorificetur*... psalmodia et meditatione Vestra ope Breviarii pia quotidie, glorificetur celebratione missae sacrificii devotissima, frequentatione cultus divini per populum fervidissima; *veneretur* solicitudine circa decorem domus Suae, circa sufficientem candelarum e cera apparatum; circa sacrum ad sacra vestitum, ne quid laceri, ne quid sordidi offendat oculos Majestatis divinæ ac pietatis parochianorum. Utinam omnes cogitatus, affectus, sensus, sermones actusq. nostri ad majorem duntaxat dirigantur *gloriam Dei*. Quotidie ad **Primam** de festo recitantes **Ca-**

pitulum 1.: „*Regi sæculorum immortali et invisibili*, **soli Deo honor et gloria** *in sæcula sæculorum*...“ nonne quotidie ferme... excitamur ad impendendas omnes vires, ad adhibendas opes &c. eum in finem, ut *soli Deo* **honor et gloria** tribuatur...?! Ob eundem non alium finem jam post Psalmos jam sub litatione incruenti Missae sacrificii recitare jubemur „Gloria Patri et F. et S. S.“

Insuper Doctor Gentium I. ad Cor. X. 31. expresserat monitum, juxta quod ex eadem intentione ponamus actus licet inferioris ordinis... his verbis: „Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in *gloriam* Dei facite.“

Quoniam vero e solida instructione religiosa cognoscunt fideles, quomodo Deus in *spiritu et veritate* adorandus glorificandusque sit, utinam cum aequa praeparatione unctioneque praedicetis *regnum Dei*, seu Evangelium parvulis in schola vel in Ecclesia, nec non adultis e suggestu, in tribunali sacro, in conversatione... simulque Sacramenta cum fervore et pietate administretis bonoque semper exemplo praeluceatis... Inprimis nunc, ubi in dies majora invalescunt delicta imo crimina, ut: laesionis substantiae per furta aut incendia; vitae aut famae per mutilationes, diffamationes... relaxationis vinculi matrimonialis aut vinculi inter herum et famulum, inter superiorem et inferiorem... nimirum quoad obedientiam, humilitatem, fidelitatemque... *Herculeo* opus est labore, ut regnum Christi nati in terris purificetur a tot tantisque fœditatibus, a tot tantisque liberetur ulceribus, imo a lupis rapacibus... opus est *oratione* et *jejunio*, ut Salvator noster Discipulis ex occasione pertinacis daemonii annuerat. Math. XII. 20.

Haud Vos latet, Dilectissimi! phoenomena tantae depravationis plerumque defectui debitae instructionis adscribi. Omnem ergo lapidem moveatis, ut monstra quaeque amoveatis, depellatisve, ne *magisterium Vestrum vituperetur*. Bellum praeprimis geratis contra hostes tam conspicuos... quotidie, ut quantocyus *bona* hominum *voluntas* elucescat, ac *pax* turbata redeat.

Regnum inter se divisum consistere non potest, in quo si obedientia, submissioq. claudicat, ruina est proxima. Quare alloquimur Illos, qui anterioribus annis *in officiosis* adurgendi obsecrandique erant, verbis S. Pauli in epistola ad Romanos C. XIII.: „*Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.*“ .... *Obedite* ergo hocce inchoato anno, *Præpositis Vestris*. Heb. XIII. 17. Cuncti ad sortem Domini vocati, ne misere citius aut serius cadatis portione larga.

Pro coronide Allocutionis Nostrae excerptum ex epistola S. Pauli ad Romanos C. XII. apponendum censemus in sequentibus: „*Sicut enim in corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes; sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium*

in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praeest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhaerentes bono: charitate fraternitatis invicem diligentes: honore invicem praevenientes: solicitudine non pigri: spiritu ferventes: Domino servientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus Sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus: idipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes.“

Dirigite quoque sub tractu anni inchoati, mentem Vestram Fratres Dilectissimi! ad Patrem Urbis et Orbis, *Collectas* ultro pro Eo persolvite, populumque post omnem sermonem s. concitate ad recitandum **1. Pater** et **1. Ave**—sub missis pro Ejus incolumitate, Ecclesiaeque tranquillitate.

Sacrificia pro incolumitate Vestra, populi ac SS. Papae Pii IX. intra anni hujus curriculum *oblaturi*, adjungimus apprecationem Doctoris gentium: *„Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus Vobis, Amen.“ — Rom. XVI.*

Dabamus in Palatio Eppali. Tarnoviae die 12. Jan. 1867.

N. 3927 ex 1866.

Cruces super 14 Stationibus ad lucrandas Indulgentias ligneæ requiruntur. item crux ad Altare inter candelabra sub Missæ Sacrificio expostulatur.

I. Positive notum est, multis in Ecclesiis parochialibus imagines viæ Crucis — (Stacye) absq. Crucibus esse, quarum ob defectum fidelis populus *indulgentiis* privatur... quia imagines Stationum solæ *non sufficiunt*, et absque crucibus in apice Stationum positis, obeuntes viam crucis non lucrantur indulgentias.

Cruces supra imagines debent esse tantum ex *ligno* — possunt quidem inauratæ vel colore obductæ eminere — Decreta hoc in obtutu Sacræ Cong. Indulgentiarum sunt: dtto 20. Sept. 1839, ubi legitur: Indulgentiæ viæ Crucis *Crucibus* tantum sunt annexæ, minime vero *imaginibus*. Insuper Decreta novissima Sacræ Cong. Indulgentiarum de 2. Junii 1838 de 22. Aug. 1862 et 14. Junii 1843. Hoc idem habet autor Romæ adprobatus Gury II. N. 1078.

Relegatur N. 1708 et 1874 in Currenda XV. ex A. 1863, ubi inter alia ad 2. edicitur: „Indulgentiæ Viæ crucis *crucibus* tantum sunt adnexæ, minime vero imaginibus, quæ necessariæ non sunt: hoc posito, si Cruces primitus benedictæ omnino pereant, vel tollantur, iterum nova erectio et benedictio requiritur ad acquirendas indulgentias. Si vero pereant vel tollantur ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla nova erectione et benedictione, ideoque Indulgentias perseverare.

Exinde formanda venit conclusio logica, quod in templis, ubi imagines stationum in parietibus pictæ deprehenduntur, cruces parvæ in earum apice affigendæ et ipsæ ab aliquo Presbytero ex ordine S. Francisci benedicendæ, sive *via crucis* formaliter introducenda est,

et tunc primum fideles devote eam obeuntes lucrari valent *indulgentias plenarias.* Nisi hoc factum fuerit, devotio ipsa destituitur *gratia indulgentiarum*, manetque devotio tantum simplex... recolens utpote memoriam pretiosissimæ Passionis D. N. J. Chr. concitans ad vicarium amorem erga Salvatorem ac erga proximum etiamsi inimicissimum; ad compassionem et patientiam; ad subjectionem voluntati Patris et oblationem sui in victimam jugem. &c.

II. Observatur: quod in nonnullis Ecclesiis vel nulla Crux ad omne altare vel porva supra tabernaculum posita, quæ per celebrantem haud conspicitur — hinc curandum est, ut quodvis altare, ubi sacrificium Missæ celebratur, omnino sit *Cruce altiori* provisum — et in recta linea candelabrorum et quidem in medio eorundem præ occulis celebrantis collocata sit; quare supra tabernaculum crux posita non sufficit — debet omnino inter candelabra in recta linea collocari, et quidem non porva, sed *altior*, ut ab hominibus conspici posset.

Gavantus ad Rubricam: *Super Altare collocetur crux in medio*... sub u) hæc adducit: „Crux certe in Altari est tanquam signum regis in regia, ut passionis memoriale et ut vestigia Crucifixi sequamur... *Gemma lib.* 1. c. 135 ideo in Cærem. Episc. lib. II. C. 12. monemur, ut locemus crucem et cum imagine Crucifixi et in Altaris medio præaltam, ita ut pes crucis æquet altitudinem candelabrorum et crux ipsa tota candelabris superemineat — Mystica ratio est, quia Christus etiam in cruce major est super omnes populos, significatos in candelabris.“ Decretum S. Rit. Con. dtto Maji 1707—S. Ligori l. 6. N. 393—„Sacerdos non habens crucem in altari, celebrare Missæ Sacrificium non debet“ Benedict. XIV.. Constitutione 7. „Accipimus“ — d. 16. Julii 1746. Vide Probst. pagina 111 et 112.

Sacra Rituum Congregatio die 16. Jun. 1863 decrevit: haud necessarium esse aliam crucem pro Missa apponere, si icon Altaris est *statua*, i. e. imago sculpta Crucifixi e cruce pedentis, quæ etiam a Celebrante bene videri potest.

Tarnoviæ die 15. Nov. 1866.

N. 308.

Psalmi Matutini ad Officium „Commemorationis Passionis Domini Nostri Jesu Christi.“

In Additamentis Leopol. ex A. 1839 desiderantur **Psalmi** in Matutino ad Officium praelaudatum, quorum defectus penes recitationem Officii tanti, ex quo tot ad charitatem et gratitudinem erga Salvatorem nostrum, imo ad patientiam incitamenta hauriuntur, quia Psalmi variis locis conquirendi sunt, si non taedium, certe temporis jacturam causat.

Huic incommoditati occursuri demandavimus impressionem illorum *Psalmorum* cum *Antiphonis*.. et ejusmodi augmentum ceu *strenam* mittimus Venerabili Clero, Additamentis Leopol. inter pag. 168 et 169 agglutinandum... apprecantes fructum uberrimum e recitatione tanti Officii hunc in modum alleviati.

Unum exemplar quisque P. T. Presbyterorum penes Currendam hanc levabit.

Tarnoviæ 23. Jan. 1867.

N. 99.

„Dziennik urzędowy“ Czasu Przedpłacicieli szuka.

Szanowna Redakcya „Czasu“ .. udaje się do Nas o polecenie go. Tenże *Dziennik urzędowy* mieszczący w sobie najwyższe Ustawy, prawa, przepisy, Urzędowe ogłoszenia, sądowe wyroki i pozwy, jakotéż i kurs monet od 1. Stycznia 1867, wychodzi i można go dostać z przesyłką kwartalnie za 2 złr. 25 cent. Ktoby sobie życzył nabyć ten Dziennik ważny, niech się uda do Redakcyi prosto, na ulicy *Grodzkiéj* w Krakowie N. 107.

Obszerny tegoż Dziennika opis urzędowy umieściliśmy w I. kur. szkol. 1867.

Tarnów dnia 10. Stycznia 1867.

N. 3827.

Commentarius in Evangelium S. Mathæi et S. Joannis — P. T. Leonardi Klofutar et alii commendantur... sub inculcatione lecturæ sedulæ.

Auctor hic indefessus Litteris Suis de 30. Sept. a. c. preces heic interposuit, quatenus Alumnis ac Presbyteris Diœcesanis, qui pro examine concursali se præparant, aliisque commendemus *Commentarium* utrumque, jam apud Se Labaci, jam in libraria Congregationis Mechitarist. Vien. venalem. Ipsis annuentes verba facimus pro comparatione ejus aut per bibliothecam Decanalem, aut e propriis, impenseque obtestamur, ut diligenter volvatur e. g. *Commentarius* P. T. Valeriani *Serwatowski* (Wykład Pisma Ś.).. Bonifacii *Schnappinger* (Die h. Schrift mit vollständig erklärenden Anmerkungen... 4 tom.) *Brentanós* heilige Schrift... 4 tom. qui a sinistris habet textum et a dextris commentarium... continuum, seu **paraphrasim...** præterea infra adducit *Notas*, illustrantes loca difficiliora... Francisci Xav. *Massl* (Erklärung der heil. Schriften des N. T. nach den heil. Vätern... zum Nutzen und Frommen für Seelsorger, Prediger, Katecheten, Lehrer... I. — XIII. tomi... quorum ope sensus sacrarum Litterarum eruatur genuinus; nexus inter textus quandoque supplendus, et *paraphrastice*, juxta regulas Hermeneuticæ et juxta formularia in Currendis non semel jam impressa exprimendus. Tarnoviæ die 15. Nov. 1866.

L. pr. 9.

„Słownik polsko-łaciński“ JX. A. Bielikowicza w 2 tomach poleca się... za 10 złr. w. a.

Szanowny Autor, Dyrektór Gymnazyum 2. w Krakowie pod dniem 12. Stycznia 1867, uprasza Wielebne Duchowieństwo o pokupienie tegoż słownika, o którym pisze, że takowy „nie jednemu z Księży, szczególnie młodszych a mianowicie w Seminaryum będzie pożądane, gdyż obrobione jest na podstawie najnowszych badań filologicznych, przy tem zawiera wiele miejsc z Ojców kościoła i jest w języku polskim jedyny.“

„Cena tego dzieła wynosi 10 złr. w. a. która to cena przez Duchowieństwo ratami spłaconą być może.

Ilość rat zależy od możebności kupujących tak, aby w przeciągu roku cena zupełnie mogła być ujszczoną.

Na wezwanie Najprzewielebniejszego Konsystorza lub Księży Dziekanów, tudzież pojedynczych Księży, mogę żądaną ilość egzemplarzy każdego czasu odstawić.“

Tuszymy sobie, że taka zaleta jako i potrzeba przymnoży wielu Zakupicieli.

Tarnów 17. Stycznia 1867.

N. 321.

„Bonifacius-Blatt"... cum invitatione ad praenumerandum et succurrendum indigentiis Missionum.

Consotiatio S. Bonifacii aliquot exemplaria opusculi periodici supra memorati horsum cum provocatione ad *prænumerandum* 6 grossis argenteis.. jam ad suffulciendum *nummis* immisserat.

Quolibet anno prodeunt 6. N. constantes e 6 philuris, depingentes progressus Consotiationis per Germaniam — fataque Missionum varia, earum indigentias &c.

Ex his Nris penes hanc Currendam per **unum** communicamus Vener. Clero pro capienda grata notitia de mirabilibus conversionis et confortationis in fide catholica operibus, ac de concipiendo novo Missiones vicinas fulciendi proposito.

Tarnoviæ die 24. Jan. 1867.

L. 4551.

Wykaz rzeczy sprawionych d(Kościoła parafialnego i Plebanii w Dębnie w Dekanacie Wojnickim, staraniem kosztem teraźniejszego Plebana JKs. Józefa Leśnego.

Prócz rzeczy wykazanych już w Kurendzie XI. z roku 1863, i w Kurendzie XX. z roku 1865, uskuteczniono znowu w roku 1866 następujące: 1. ołtarz poboczny P. Jesusa miłosiernego przerobiony, nowe potrzebne ozdoby dodane, i pięknie na kolor perłowy odnowiony, i czystém złotem odzłocony, kosztem 128 złr. w części przez JKs. Plebana ofiarowanych, a w części przez Parafian złożonych, który to ołtarz dnia 15. Lipca 1866 r. w czasie odpustu na ś. Małgorzatę przez Jaśnie Wielmożnego Księdza Infułata Szlosarczyka, pontifikalnie celebrującego, uroczyście poświęconym został. — 2. Sprawiono do tego ołtarza, nowe stósowne Antipedium męki Pańskiej, w kolorze perłowym, czysto odzłocone, za 22 złr. z dobrowolnej składki pomiędzy Parafianami zebrane. — 3. Wyreperowano, odnowiono, i pięknie odzłocono Chrzcielnicę kosztem 10 złr., przez składkę zebrane. — 4. Wyreperowano ołtarz Matki Boskiej Różańcowej i odpowiednio do innych ołtarzy na kolor perłowy odnowiony, i bogato odzłocono, kosztem 200 złr. pomiędzy Parafianami, zwłaszcza pomiędzy Braćmi Różańca ś. na ten cel zebrane, którento ołtarz dnia 14. Października 1866, JWKs. Kanonik katedralny Mika, uroczyście poświęcił, poczem raczył mieć do Parafian stósowną, rozczulającą i prawdziwie budującą przemowę — 5. Sprawiono do tego ołtarza nowe stósowne antipedium, czystem złotem, i pięknie odzłocone, także kosztem JKs. Plebana, i pobożnych Parafian. — 6. W tym roku zrobiono nową sygnaturkę na kościele, w miejsce starej już zdezelowanej, i takową pokryto blachą cynkową, kosztem przeszło 200 złr., do czego przyczynił się WP. Kolator Jastrzębski, kwotą 80 złr., reszte złożyli Parafianie. — 7. JKs. Pleban Józef Leśny sprawił własnym kosztem za 80 złr. piękne antipedium do

wielkiego ołtarza, z wyobrażeniem *Wieczerzy Pańskiéj*, z drzewa Lipowego zręcznie rzeźbione, i bogato wyzłocone. — 8. Wyreperowano, i odnowiono 2 konfessyonały, za 15. złr. przez JKs. Plebana ofiarowanych. — 9. JKs. Pleban dał oprawić mszał za 6 złr. — 10. Bracia i siostry Różańca św. sprawili piękny dywan za 22 złr. przed ołtarz Różańcowy. 11. Sprawiono 6 nowych lichtarzy z latercyny przed ołtarz Matki Boskiéj Szkaplerznéj, za które dano 6 starych lichtarzy metalowych, zużytych, i JKs. Pleban dopłacił 22 złr. 7 kr. 12. JKs. Pleban własnym kosztem za kilka dziesiąt złr. dał wyreperować w pomieszkaniu plebańskiém, 2 pokoiki, postawić 2 nowe piece, nowe podłogi, oraz drzwi i okna, i takowe stósownie odmalować, nareszcie — 13. JKs. Pleban postawił własnym kosztem, piękny kamienny pomnik, na cmentarzu tutejszym, otoczony sztachetkami dębowemi i stósownie olejno odmalowany — P. Bóg stokrotnie zapłaci! Tarnów 24. Grudnia 1866.

L. 3878.

Sprawozdanie o restauracyi kościoła spalonego w Czarnym Dunajcu przez JX. Komperdę Proboszcza.

Już do wizyty kanonicznej 5. 6. i 7. Sierpnia 1865 tutaj uskutecznionej, była już zakrystyja i skarbiec, z nowemi ciosowemi odrzwiami i flastrowaniem skończone, i presbyterium na ankrach i dwóch nowych pół filarach ciosowych zasklepione. Po ukończonéj wizycie kanonicznéj wymurowano nowe gradusy kamienne ciosowe do wielkiego ołtarza — wyflastrowano presbyterium kwadratowemi płytami kamiennemi i gradus pod tęczą — i dwa główne filary w nawie kościoła rozebrane zostały i nowe na ich miejsce ciosowe mocne klamrami żelaznemi wewnątrz filaru umocnione zbudowano, i pół ołtarza wielkiego ustawiono. Gdy wszelkie usiłowania aby dostać budowniczego, któryby gwarantował majątkiem swym, trwałość budowli, w Krakowie spełzły na niczém, znaleziono w Podolincu na Spiszu Jana Klein majstra murarskiego, który majątkiem swym 3000 złr. w. a. kaucyonował, za sklepienie resztę kościoła, gdyż presbyterium osobno na 1000 złr. w. a. mularz tameczny majątkiem swym zawarował. W saméj rzeczy wspomniony P. Jan Klein znał się na sztuce swéj, i przyprowadziwszy 15. dobranych mularzy, od Maja 1866 do 15. Octbr. 1866, zrewidowawszy dokładnie 6 pozostałych filarów in navi Ecclesiæ, uczyniwszy gzemsy ciosowe na tych filarach, bardzo pracowicie, skrzętnie i dokładnie, na ankrach poprzek i wzdłuż wagi, około 50 cetnarów, ślicznie kościół półkolem zasklepił i żyłami gzemsowemi, ku zadowolnieniu wszystkich i zdziwieniu przyozdobił, kościół płytami kwadratowemi wyflastrował, wewnątrz i zewnątrz kościół wytrynkował, i wybielił. Prócz tego obmurowano murem wysokim z kamieni i cegły duktowéj cały kościół, i otrynkowano — daszek na murze dla trwałości okryty deskami, i zafarbowany farbą gazową, która nie przepuszcza wilgoci. Oprócz obmurowania kościoła, wymurowano kaplicę nową na cmentarzu w rogu cmentarza, sklepioną wyflastrowaną do Processyi pod czas Bożego Ciała potrzebną 2 ½ sąga długą i szeroką, która teraz miejsce spalonéj kośnicy czyli trupialni zastępuje. Daléj tego r. przystawiony jest przysionek za babiniec dla kobiet do Chrztu lub wywodu przybyłych także wyflastrowany i zasklepiony, i dla trwałości przysionek ten, zakrystya, skarbiec i wieża pomalowane są

farbą wiśniową, czyli smolowcem olejem, i terrą angeliką. Równie też i wieża z dzwonami już wykończoną została. Największy Dzwon 18. cetnarowy, który spadł z palącéj się wieży, i pół głowy mu się stopiło, został wyrestaurowany za 100 złr. w. a. i teraz dzwoni dobrze, z materyału spalonego zebrano 8½ cetnarów, i niejaki Pan Jan *Sarafin* z Kałusza z P. *Geib* z Stryjskiego cyrkułu tylko po 35 złr. od cetnara za poczekaniem w Murowanej Lipnicy, gdzie mają stanowisko, przelali dzwon z bardzo przyjemnym głosem, że wszystkich zdziwienie ogarnęło, że bez subjekcyi, i wielkiego zachodu uzyskano piękny dzwon, 3ci dzwon od tychże samych Artystów kupiono za 280 złr. ma 2½ cetnara, głośny na milę. Ciż sami Panowie przelewają w Nowym Sączu dzwon wielki, który ma ważyć przeszło 100 cetnarów. Tak tedy z wielką pomocą Boską wielkie restauracye tego roku ukończono, że nietylko Parafia, ale i okolice dziwią się, i Urzędy także podziwiają okazałość kościoła. I w saméj rzeczy kościół zrestaurowany jak teraz jest, z swemi chórami sklepionemi, z balasami, jakby z krużgankami wygląda wspaniale, i należy do najpiękniejszych i najobszerniejszych w obwodzie Sandeckim. Za samo sklepienie i tegoroczne roboty mularskie zapłacono 1660 złr. w. a. za żelazo około 700 złr. w. a. cegły wyszło przeszło 160000, wapna przeszło 500 korcy. Do całéj tej restauracyi JX. Jan Komperda Proboszcz do pomocy miał tylko dwóch gospodarzy t. j. Wincentego Miętus, sąsiada który ma syna w 8. klasie w Tarnowie, i Macieja Klimowskiego. Ci gospodarze wybrani są przez gromady i potwierdzeni przez Urząd obwodowy, do pomocy podpisanego. Pozostaje jeszcze druga choć mniejsza połowa do ukończenia, jako to: ołtarz wielki i ambona, które spodziewamy się w roku bieżącym dokończyć, także zrobiono 2 nowe konfesyonały i 20 ławek, lecz jeszcze 20 nowych ławek potrzeba, może będą z końcem Listopada. Niema jeszcze Chrzcielnicy, ani nowego obrazu do wielkiego ołtarza. Z wiosną chcianoby rozpocząć malowanie, złocenie 3 ołtarzy i ambony, która się kończy, z wiosną mają obmurować cmentarz, gdzie się grzebie umarłych, mają stawiać nową wikaryówkę na miejsce spalonéj, bo dotychczas Ks. Wikary mieszka w domu najętym. Zgodzono także nowe organy za 1000 złr. w. a. na Węgrzech w Zubercu, które z końcem 7. Octbr. 1867 mają być gotowe. Majster Joz. Skupen rozumie się na swej sztuce, znany jest tam rodem z tamecznej Parafii. Skoro Wys. c. k. Rząd Krajowy z zapisu Swiderskiego na kaplicę dla tutejszego kościoła wydzieli i zaassygnuje, z summ na nią przeznaczonych, chcieliby i tę kaplicę wymurować, bo są jeszcze ciosowe kamienie. Tyle jeszcze pracy czeka, nim w porządku, jak należy, urządzi się ten kościół, na którym jeszcze i zegaru nie ma. Lecz i to, co się zrobiło, przyozdobiło Czarny Dunajec, a Parafianie kontenci są bardzo. bo od r. 1787 jak się drewniany tutaj kościół spalił, nie pamiętają i nie widzieli coś podobnego, chętnie też składają aby tylko daléj kończyć dzieło, które tak prędko już uwydatniło się w każdym względzie.

Niechże Pan Najwyższy, którego Niebo i ziemia ogarnąć nie mogą, przyjmie z upodobaniem toż dzieło pobożności wielkie i niech obfitem błogosławieństwem płaci wszystkim, wyższym i niższym za ofiary złożone, i niech podobną gorliwością wszystkich Pasterzy i parafian rozpali ku świątyniom i t. d. Tarnów 12. Listopada 1866.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 31. Januar. 1867.
JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1867.
Impensis Consistorii.